D. IOSEPHI

FERNANDEZ DE RETES.

I. C. HONTIBERIENSIS, SALMANT. PP. ANTEC.

DE DONATIONIB. INTER VIRVM, ET VXOR.

LIBER SINGVLARIS.

Ad Studioſos, ſectatoreſq; ſuos Salmantinos.

CVM DNI. CHANCELLARII PERMISSV.

Salmant. Ex Officina ANTONII à COSSIO, Typographi Vniuerſitatis.

ILLVSTRIS, ET PEREGREGII D.D. ANtonij Velez Ladron de Gueuara, Excellentiſsimæ Domus de Oñate filij, Calatrauenſis Equitis, Commendatarij de Habanilla, Vniuerſitatis pridem Rectoris ampliſsimi, deſideratiſsimi; nunc verò Maioris Nobiliſsimi Collegij Conchenſis acclamatiſsimi Togati, indole, Genio, ingenio, eloquentiâ fœliciſsimi Profeſſoris, Auctoris Studioſi, & quondàm Illuſtriſsimi Sectatoris.

CENSVRA EX DNI CHANCELlarij delegatione.

IVSSV KLARISSIMI *D.D.D. Matthiæ de Rada, Equitis Calatrauenſis Perilluſtris Almæ Vniuerſitatis Chancellarij, hoc opus luſtraui, cui titulus* de Donat. inter vir. & vxor. *cui author Klariſsimus I.C.D.D. D. Ioſephus Fernandez de Retes. Magnum quidem opus, ab Authore, & materia; ab illo quid vltra? author materiam ſuperat, ipſaque difficilis, vltro clarior, tanto ſuperbit interprete. Subitò nunc clareſcit, ſponteque ſua, quæ hucuſque latuit, magno præceptoris noſtri nomine, & numine retecta patet. Ideò alterius adumbratis pigmentis fucata, aut defæcata, vt meliori iuuari illuſtrata* naturalẽ nonque fucoſſum ſortiretur nitorẽ. *Sicilimentum compellare faxit tractationẽ, quo ab alijs male ſecta operoſſus ſiciluit; vt ita fructuoſsiorem red-* Cic. de claris Oratorib.

deret

DE DONATIONIBVS INTER VIRVM, ET VXOREM.

LIBER SINGVLARIS AD STVDIOS. SALM.

NON IMMERITO INVTILIS, ET fruſtraneus labor hic noſter videbitur his, qui de eo cenſeant, ſi propoſiti noſtri expertes ſint. Cum certam iuſto volumine materiam hanc formis cuſam, & veri diſputatione diſcuſſam per quatuor libros à Scipione Gentili in Syntagmate, quod publicauit ſub hoc ipſo titulo. Pridèm verò tentatam à Didaco de Segura duobus ferè ab hinc ſæculis Anteceſſore noſtro *in ſolemni repetitione ad l. 1. §. Si vir 4. de adquir. poſſeſ.* Ioanne Lopezio de Palacios Rubios *in repitione rubricæ huius tit.* Et ad mores, praximque hodiernam traductam à viro doctiſſimo patre Thoma Sanchez *Lib. 6. de matrimon. à princip.* Quod equidem fateor, & avidos lectores ad eos delego, à quibus abſolutiſſimam haurient huius tractatus cognitionem. Sed cum viderim, Iulium Clarum, Franciſcum Hotmanum, Henricum Bocerum, Hieronymum Treuclerum, Antonium Gomezium *ſub. 2. tomo variar. cap. 4.* alioſque multos, qui de donationibus ſcripſerunt, manum etiam ad hunc articulum porrexiſſe, vel explicantes, vel leuiter attingentes eum, prout vniuerſæ diſputationis telam ordiuntur, idem mihi ſuaſi, et imperaui ex quo aggreſſus ſum Sectatoribus meis dicare.